GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, um 1200
Seite 164r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

gitationis intus intentione fixerit. omne qd foras mutabiliter agit ad arcem mentis minime pertingit. Sed cum dr. Scio quia morti tradas me. ubi constituta est domus omni uiuenti. In superiori huius operis parte tractatum est qd ante aduentum dni ad infernum receptacula etiam iusti diescalerent. qm nus non in suppliciis si; in requie seruarent. Qd nunc testimoniis edocere negligimus. quia in ea iam sufficienter plenum putamus. Hoc ergo qd dr scio quia morti tradas me ubi constituta est domus omni uiuenti recte beato iob etiam iuxta hystoriam congruit. dum nimirum constat quia ante redemptoris gratiam ad infernum claustra etiam iusti ducerentur. Ipsa quippe inferni receptio domus omnium uiuentium dr. quia nullus huc uenit qui ante mediatoris aduentum non ipsa illuc corruptionis suae conditione transiit. Nullus huc uenit. qui ad carnis mortem eius de corruptionis suae gressibus non retendit. De qua uidelicet morte per psalmistam dr. Quis est homo qui uiuit et non uidebit mortem. Nam et si ad celum raptus henoch esse perhibet. mortem tamen distulit. non euasit. De ipso quippe ueritatis ore dr. Henoch quidem uenturus est. et restituet omnia. Venit enim restituturus omnia. quia ad hoc nimirum restituit huic mundo. ut et predicationis munera impleat. et carnis debitum soluat. Quae tamen secundum sententiam iuxta allegoriae mysterium sacae ecclesiae uocibus; ex persona infirmorum congruit. ——— qui ——— fidei uerbotenus tenent. si; contra precepta fidei suis desideriis famulantur. Ait enim. Scio quia morti me tradas. ubi constituta est omnis domus uiuentium. Quia enim multos in se uoluptatibus deditos conspicit. eorque iam interitum presentit. pensat qd in ua uita presentis suis quidem desideriis seruiunt. sed tamen ad mortis domum ueniunt. omnes qui in ea carnaliter uiuunt. Sunt u nonnulli qui in uoluptatum suarum foueam corruunt. si; tamen plangenta penitentiae ab imis cutis pedes reducant. quos siquidem percussionis uerbera ad eruditionem potius qm ad extinctionem secant. Ex quibus; et aperte subiungit. Ueruntamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam. et si corruerunt ipse saluabis. In quibus; profecto uerbis hoc sollerter debet intelligi. qd beatus iob dum sua narrat. in se alios transfigurat. Velut. si. de se specialiter diceret. eleuasti me. qsi super uentum ponens elisisti me. tradis. et scio quia morti tradas me. ubi constituta est domus omni uiuenti. et tamen non de se sed de aliis adiungit. ueruntamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam. Dum enim de se loquens rationando causas de aliis subdit. cum multorum in se personas significet